

**MONASTICON  
PRAEMONSTRATENSE**

ID EST  
HISTORIA CIRCARIARUM ATQUE CANONIARUM  
CANDIDI ET CANONICI ORDINIS  
PRAEMONSTRATENSIS

Auctore  
P. Norberto Backmund O. Praem.  
Ecclesiae Windbergensis in Bavaria Canonic


TOMUS  
SECUNDUS

Straubing 1952


---

Cl. Attenkofersche Buchdruckerei

**ELENCHUS**



# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952



## P R A E F A T I O

Brevem medullam eorum, quae in praefatione primi voluminis diximus, hic repetere haud inutile censemus. Non pauci enim subscriptores secundum tantum volumen emerunt, et ideo de scopo et de structura operis oportet eos esse instructos.

Cum nullos alios fontes hactenus haberemus in Monasteriologia Praemonstratensi nisi Lairuelz, Hugo et Waefelghem, opera infra citata, quae nullo modo sufficient, mendisque scatent, maxima, viget ubique confusio et incertitudo. Opportunum ergo esse putavimus, conamen instituere, operibus extantibus meliora substituendi. Hoc nostrum opus evidenter est imperfectum et incompletum, historicus in eo multa reprehendet et desiderabit quidem, sed ut speramus, melius tamen est illis, quibus usquedum contenti esse debuimus.

Divisum est opus hoc juxta circarias<sup>1)</sup>, quales erant medio aevo, ab anno scilicet 1320 usque ad saeculum XVI. Si aliqua monasteria perierunt ante divisionem Ordinis in Circarias, vel orta sunt post suppressiōnem illius circariae, tamen hoc in opere adscribuntur circariae circumiacenti secundum regionem, etsi forte ad illam de facto numquam pertinuerint. Novae canoniae, saeculis XIX et XX fundatae, in fine huius voluminis breviter separatim tractantur. Tantum ea monasteria singulatim proferuntur et expresse tractantur, quae fuerunt vere domus formatae, scilicet abbatiae, praepositurae sui juris, parthenones, si fuerint a canoniis virorum separati et sui juris saltem quoad bona, prioratus conventuales; de aliis vero prioratibus, praeposituris, et residentiis, eae tantum referuntur, in quibus viguit, ad tempus saltem, vera vita conventionalis. Recensentur etiam collegia studiorum; sed curiae et parochiae incorporatae, quae in quibusdam regionibus non raro etiam „prioratus“ appellabantur, sub abbatia nominantur, a qua dependebant.

<sup>1)</sup> Monasteria Ordinis in quodam regno vel provincia sita paulo post annum 1200 in „circarias“ aduniebantur. Ordo noster videtur esse primus omnium, qui divisionem regionalem huiusmodi introduxit. Circariis primo praefuit abbas quilibet ut „circator“, dein duo visitatores anni, postremo ab anno 1630 Vicarius Generalis ad vitam. Quae divisio post saeculum XV non iam erat stricta, fere semper complures circariae, praesertim cum in eodem regno erant sitae, cumulatim administrabantur. — Termino „Circaria“ correspondent apud alios ordines „congregatio, provincia, oboedientia“ etc.

Praeponitur operi elenches litteraturae generalis, in eo saepius citatae, quem valde auctum et correctum, etiam huic volumini inserimus. Fusa tractatur dein de catalogis monasteriorum saec. XIII/XIV, de quibus in fine huius voluminis referre intendimus<sup>2)</sup>. Unicuique circariae antecedit conspectus historiae eius generalis, in quo fit verbum de evolutione religiosa et politica, praesertim de iis, quae huic circariae sunt specialia. Dein sequitur bibliographia, in fontes et litteraturam distincta, historiam circariae et earum regionum, super quas illa se extendit, respiciens<sup>3)</sup>. Periodica citantur in fine. Textus ipse singularum domuum sequenti modo est ordinatus: nomina monasteriorum primo ac praecipuo loco data sunt in forma moderna, sicuti locus iste hodie nuncupatur, et quidem in lingua huic territorio nostro tempore vernacula<sup>4)</sup>. Multae quidem offensionis ansam praebet hoc principium, quia nonnullae regiones linguam vel dominum mutarunt. Si uni favemus, alter offenditur, ergo tamquam principium uniforme statuimus praeferre linguas illarum gentium, quae hodie has regiones dominant, etsi forte monasteria sub hisce denominationibus apud auctores historicos minus sint nota.

Secundo loco, ad dextram nominis, invenitur patronus ecclesiae, nisi ille cum nomine monasterii coincidat. Generatim in Ordine nostro Beata Maria Virgo considerabatur tamquam patrona primaria, cui saepius alius patronus secundarius accedit. Sed multoties ille secundarius tantum expresse celebratus est, ideo primariam in documentis plus minusve neglectam seu postea omnino oblivioni datam jure merito omisimus vel saltem inter parentheses posuimus. Deinde afferimus alias denominations et varias formas, sub quibus nomen monasterii in documentis occurrit. Tunc adducitur situs illius exactus, dein provincia (moderna), et postremo dioecesis antiqua et moderna. Quoad Angliam, dioecesis hodierna tacetur, quia antiquae, etsi nunc protestantes, adhuc subsistunt. Dein indicatur

<sup>2)</sup> Exstant indices monasteriorum, in circarias divisi, e saeculis XIII/XIV, quorum valorem in primo volumine probavimus. Distinguimus inter illos species tres. Ninivenses (N 1 et N 2) inter annos circiter 1235 et 70 redacti, Scheftlariensem (S), Vincentinum (V) et Lairuelz (L) inter annos 1270 et 90, et „recentiores“ post annum 1290: Windbergensis (W), Tongerloensis (T), Hilgentalensis (H) et Lepaige (P), qui praeter L. usquedum solus erat notus. Quibus accedunt A (Averbodiensis), copia saec. XV, et D (ex MS 538 I Bibl. Mun. de Laon) copia saec. XVII archetyporum supradictis indicibus similium. Ambo tamen continent annotationes originales haud exigui momenti. In fine huius voluminis praecipuos horum catalogorum in extenso praebere intendimus.

<sup>3)</sup> Abhinc respiciemus etiam, in quantum fieri potest, fontes generales nondum publicatos.

<sup>4)</sup> Adhibemus ergo v. g. linguam gaelicam pro Hibernia, et flandricam pro Belgio septentrionali.

dignitas juridica domus in Ordine, nempe quoad monasteria virorum, utrum abbatiae fuerint an praepositurae, vel prioratus. In circariis in hoc volumine tractatis omnes domus virorum sui juris, si perpaucos prioratus excipis, ab initio fuerunt abbatiae. In iisdem circariis unam tantum Ordo habuit ecclesiam cathedralem (Whithorn).

Parthenones sive asceteria, ut appellamus monasteria virginum, aut erant praepositurae, id est praelaturaes independentes, aut prioratus, id est sub dominatione immediata patris abbatis. Extra Germaniam occidentalem, Hollandiam et Poloniam Ordo nonnisi pauca habuit asceteria. Magni momenti quid tractatur: numquid et quamdiu monasteria fuerint duplia, et quo fuerint moniales in posterum translatae. Notandum est, decretum Capituli Generalis anni 1140, quo monasteria duplia fuerunt supprimenda, in multis circariis non fuisse exactum, in aliis saltem non statim et valde cunctanter. In Frisia nonnulla monasteria duplia extiterunt usque in finem. Praeter Galliam et Angliam, generatim fere omnis nova fundatio pro viris saltem usque ad finem saeculi XII (ca. 1180) etiam habuit suum parthenon, in vicinitate simul cum canonica fundatum.

Sequitur brevis delineatio historiae. Conati sumus, ad minus hic concinnare sequentia: datum, auctores et circumstantias foundationis, paternitatem<sup>5)</sup>, asceteria et aliae domus dependentes, hospitalia et parochias incorporatas. Parochias jure praesentationis tantum dependentes generatim praetermittimus. Referimus annum, quo abbates pontificalibus sunt insigniti, statumque personalem, id est numerum religiosorum diversis temporibus ad hanc canoniam pertinentium. Evolutionem oeconomiam monasteriorum nonnisi per transennam tangere possumus, quia hoc mate-

<sup>5)</sup> Hac in re appareat difficultas, quia saepe fuit mutata. Nequaquam enim semper paternitas illius canoniae, a qua nova plantatio erat egressa, in posterum fuit servata. Ultimis saeculis generatim matres abbatiae longe distantes, vel extra propriam circariam sitae aegre ferebantur, et canoniae in propria circaria illis paulatim sunt substitutae. Canoniae quae de alio ordine, praesertim ex canonicis regulatis Ord. Sti. Augustini ad Ordinem nostrum transierunt, vel quae ex seipsis sunt ortae, communiter ut „Filiae Praemonstrati“ habebantur. In antiquis vero catalogis videmus permulta monasteria utriusque sexus indicata ut „Filiae Praemonstrati“, de quibus ceteroquin constat, ea fuisse de jure et de facto subjecta paternitati alias canoniae propioris. Cum Acta Capitulorum Generalium saeculorum XII-XV sint amissa, in singulis casibus difficile erit eruere, in quantum hoc veritati concordet. Saepius designabantur tamquam „Filiae speciales Praemonstrati“ tales canoniae, in quibus conditiones extraordinarie difficiles hanc submissionem immediatam exigere videbantur (1216 Brindisi, ex HUGO SAM Ep. Gerv. 20/24, et Lorsch ex Cat. S.) Asceteria insuper non pauca, sed etiam aliquando canoniae virorum, ex dissensione cum Patribus Abbatibus se iurisdictioni illius saepius subtraxerunt, ac Praemonstrato soli tamquam matri generali omnium se subesse declaraverunt.

riam nostram nimis dilataret. Etiam de sanctis, beatis, et aliis membris illustribus singularum domum breviter tantum tractamus, hoc enim scopus specialis alius operis esse oportet<sup>6)</sup>.

Ad calcem cuiuslibet notitiae historicae invenies rubricam sub voce: „Archivalia“. Ibi in primo volumine enumeravimus, quibus in depositis archivalia et fontes manu scripti reperiuntur, quae ad historiam istius monasterii referunt. Exinde, in quantum fieri potest, hanc rubricam fusius exponere et specificare intendimus, adducendo apud omnes canonias praecipua documenta quae supersunt in singulis archivis. Archiva dioecesana, etsi sint maximi momenti pro historia vitae interioris, generaliter expresse non adducimus.

Sequitur dein bibliographia, in qua enumeramus primo loco Hugo et Waefelghem, dein alia opera collectiva, dein specialia, ordine alphabeticō. In fine habentur editiones chronicorum, obituariorum et alia huiusmodi.

Apud canonias virorum et praeposituras virginum sui juris afferimus in fine seriem abbatum, praepitorum vel priorum, etsi saepius incompletam, in quantum confidere et fontibus competentibus, quas in hoc volumine magis distincte indicamus, potuimus. Numeri praemittuntur singulis nominibus tantum, si series videtur esse completa. Abbates vero commendatarii et ordinem non professi, minori semper typo sunt impressi, nec umquam numerantur. In fine totius circariae, si opus est, sunt duo appendices: „Dubia“ nempe et „Praetermissa“. In primo tractatur de domibus, de quibus non certe constat, an extiterint, vel ad ordinem umquam pertinuerint; in secundo vero de illis, quae falso a quibusdam auctoribus Ordini nostro attribuuntur, vel quae certe numquam extiterunt.

Quoad omnia consulas praeter indicem generalem etiam „Supplementum“ in fine totius operis, ubi etiam stemmata canoniarum, schemata genealogica, mappas geographicas et alios appendices utiles invenies.

Averbodii in Belgio, in festo Sti. Augustini 1952

P. Norbertus Backmund O. Praem.

<sup>6)</sup> Vitas tamen et litteraturam praecipuum in hac re semper adducimus. — Unicum opus huiusmodi hactenus est GOOVAERTS (v. infra). Multa, vel potius nimia continet, sed difficile quid in eo invenitur, quia indice plane caret. Propter hoc confecimus indicem eius, et addidimus eum suo loco apud omnes canonias.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

## LITTERATURA GENERALIS

in hoc opere saepius citata

- AA. SS. *Acta Sanctorum*, edd. Bollandus etc. — Antwerpiae, Bruxellis, Tongerloae, Paris 1643/1925, 68 voll.
- L. d'ACHERY, *Veterum aliquot scriptorum... spicilegium* (13 voll. Paris 1655/77, nova ed. de LA BARRE, 3 voll. ibid. 1723)
- ALBRECHT Dionysius O. Praem., *Manuale Canonicorum Praemonstratensium*, Argentorati 1742
- U. BERLIERE, *Les Monastères doubles aux XIIe et XIIIe siècles*, in: *Mémoires de l'Académie Royale de Belgique XVIII* (Bruxelles 1923)
- IDEEM, *Notes sur les Manuscrits de l'Abbé Hugo d'Etival, conservés à Nancy*, in: *Compte Rendu des séances de la Commission Royale d'Histoire de Belgique*, 5e Série, Vol. VIII (1898) pp. 113/70
- J. BÖHMER, *Regesta Imperii*, Oeniponte 1896/1951
- CAESARIUS Heisterbacensis, *Dialogus Miraculorum*, edd. J. STRANGE, Coloniae 1851
- U. CHEVALIER, *Répertoire des Sources historiques du Moyen Age*, Paris 1905/07
- L. COTTINEAU, *Répertoire topo-bibliographique des Abbayes et Prieurés*. Macon 1935/45, 2 voll.
- Ch. DEREINE, *Les Origines de Prémontré* (RHE 42, 1947, pp. 352/78)
- DHGE *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique*, edd. A. BAUDRILLART et alii, Paris/Louvain 1912 sq.
- M. DUPRE, O Praem., *Annales Breves O. Praem.*, Amiens 1645. 2a editio, procurata a J. V. SPILBEECK, Namur 1886
- A. ERENS, O. Praem., *Les soeurs dans l'Ordre de Prémontré*, Anal. Praem. V (1929) pp. 5/26
- Form.Pr. J. EVERE, O. Praem., *Formularium Praemonstratense*, Anal. Praem. VIII (1932) ed. Text.
- Ob.Praem. IDEEM, *L'Obituaire de l'Abbaye de Prémontré*, 2e partie, Anal. Praem. I 1952, ed. Textus (vide infra: WAEFELGHÉM)
- P. FABRE, *Le Liber Censuum de l'Eglise Romaine*, Paris 1892

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

- Gall.Christ. *Gallia Christiana Vetera*, 13 voll., edd. Maurini Parisiis 1715/85  
*Nova*, XIV/XVI ed. HAUREAU ibid. 1856/65, *Novissima* ed  
J. H. ALBANES Valence 1895/1920
- L. GOOVAERTS, O. Praem., *Dictionnaire bio-bibliographique des écrivains, artistes, et savants de l'Ordre de Prémontré*, 4 voll.  
Bruxellis 1900/16
- B. GRASSL O. Praem., *Der Prämonstratenserorden, seine Geschichte und seine Ausbreitung bis zur Gegenwart*. Anal. Praem. X  
(1934) ed. text.
- H. HEIJMAN O. Praem., *Untersuchungen über die Prämonstratensergewohnheiten*, ibidem VIII/IX (1932/33) — Cf. ad hoc:  
P. VERMEER, *De invloed van de „Carta Caritatis“ van Citeaux op de Statuten van Prémontré*, in: *Studia Catholica*, Maart 1951,  
pp 65/77
- Ch. L. HUGO O. Praem., *Sacri Ordinis Praemonstratensis Annales*, 2 voll., Nanceii 1734/36 (Materialia ad hoc opus congesta:  
18 voll. in fol., Bibl. Publ. de Nancy MS 992 et 995)
- SAM  
Ep.Gerv.  
Cod.Rawl.
- IDEIM, *Sacrae Antiquitatis Monumenta*, Prima editio: 2 voll. Sti-  
vagii 1725, secunda; 1 vol. in fol., St. Dié 1731. In hoc volumine  
habentur *Epistolae Gervasii Abbatis Generalis* (1216/19), pp. 1/124.  
Partim etiam sunt publicatae, una cum compluribus usquedum  
ignotis, secundum Cod. Rawlinson, C 533 Oxford Bodleian, a C. R.  
CHENEY in *Bulletin of the John Rylands Library*, Manchester  
1950 XXXIII 1.
- L. JANAUSCHEK, *Origines Cistercienses*, Wien 1877
- S. de LAIRUELZ, O. Praem., *Optica Regularium*, Pont a Mous-  
son 1603
- P. LEFEVRE O. Praem., *Les Statuts de Prémontré, réformés sur  
les Ordres de Grégoire IX et d'Innocent IV au XIIIe siècle*,  
Louvain 1946
- LTK  
Lexikon für Theologie und Kirche, ed. M. BUCHBERGER, 10 voll.  
Freiburg i. Br. 1930/39
- G. LIENHARDT O. Praem., *Ephemerides Hagiologicae Ordinis  
Praemonstratensis*, Augsburg 1764, *Auctarium Ephemeridum*, ibid.  
1767
- E. MARTENE, *Veterum Scriptorum et Monumentorum ecclesiasticorum .. collectio*, 9 voll. Paris 1724/33
- IDEIM, *Primaria Instituta Canonicorum Praemonstratensium*, in:  
*De Antiquis Ecclesiae Ritibus III*, Antwerpiae 1737 (894/942) vel  
Venetiae 1788 pp. 323/36
- E. MARTENE- u. DURAND, *Thesaurus novus anecdotorum*,  
5 voll. Paris 1717

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

- MIGNE PL J. P. MIGNE, *Patrologia Cursus completa*, Series prima, i. e. Latina 221 voll. Paris 1844/90
- A. MIRAEUS, O. Praem., *Chronicon Ordinis Praemonstratensis*, Coloniae 1614
- MGH *Monumenta Germaniae Historica*, ed. PERTZ (SS = Scriptores, Necr. = Necrologia)
- J. LE PAIGE, O. Praem., *Bibliotheca Ordinis Praemonstratensis*, Paris 1633
- F. PETIT, O. Praem., *L'Ordre de Prémontré*, Paris 1927
- IDEM, *La Spiritualité des Prémontrés aux XII<sup>e</sup> et XIII<sup>e</sup> siècles*. Paris 1947
- H. PEZ, *Thesaurus anecdotorum novissimus*, 6 voll. Augsburg 1721/29
- A. POTTHAST, *Bibliotheca Historica Medii Aevi*, Berlin 1862/88
- RAMAK-KERS Urk.Nancy J. RAMACKERS, *Uerzeichnis der in der Sammlung Hugo der Stadtbibliothek Nancy überlieferten älteren Papst- und Kaiserurkunden*, in *Anal. Praem.* 1935, pp. 129/47
- Reichsreg. Karls V. *Die Reichsregisterbücher Kaiser Karls U., hrsg. v. Kais.-Wilh.-Inst. f. D. Gesch., und d. Staatsarch. Wien, von L. GROSS, Wien/Leipzig* 1934
- Rep.Germ. *Repertorium Germanicum, Regesten aus den päpstlichen Archiven zur Geschichte des Deutschen Reiches und seiner Territorien bis zum 14./15. Jahrhundert* (Hsg. vom Kgl. Preuß. Histor. Institut in Rom, Berlin 1897 ff)
- F. W. ROTH, *Eine Briefsammlung des 12. Jahrhunderts aus dem Kloster Steinfeld* (epistolae Udalrici Praepositi 1152/70), in: *Neues Archiv XXI* (1896) 558/61, et *Zeitschr. Aach. Gesch. Ver.* XVIII (1896) 242 ff
- G. SCHREIBER, *Prämonstratenserkultur des XII. Jahrhunderts*, in: *Anal. Praem.* XVI 53/109 et XVII 5/33
- IDEM, *Gemeinschaften des Mittelalters, Recht, Verfassung, Kult und Frömmigkeit*, Münster 1948
- F. TIMMERMANNS O. Praem., *Brevis Dissertatio de Fine et Institutione Ordinis Praemonstratensis*, 2a ed. Tornaci 1892
- E. VALVEKENS O. Praem., *La Situation Financière du Chapitre Général de Prémontré au début du 16<sup>e</sup> siècle*, in: *Anal. Praem.* XIV (1938) 137/88
- IDEM, *Les Chapitres généraux dell'Abbé General Jean Despruets 1572/96*, ibidem XVI (1940) Ed. Textus

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

	IDEML, <i>Les Visites canoniques des Abbayes Prémontrées au XVIe siècle</i> , ibidem XXII/XXIII (1946/47) ed. Text.
	IDEML, <i>Le Cardinal Pisani, abbé commendataire de Prémontré 1535/61</i> , ibidem XVII (1941) pp. 65/163
	IDEML, <i>Le Cardinal Hippolyte d'Este, abbé commendataire de Prémontré, 1562/72</i> , ibidem XVIII (1942) pp. 91/135
	Chr. VANDERSTERRE O. Praem., <i>Natales Sanctorum Ordinis Praemonstratensis</i> , Antwerpiae 1625
Vita Norb. A	<i>Vita Norberti Archiepiscopi Magdeburgensis</i> , ed. R. WILMANS in MGH SS XII (1856) pp. 663 sq.
Vita Norb. B	<i>Vita S. Norberti auctore canonico Praemonstratensi coaevo</i> , in MIGNE PL vol. CLXX, col. 1253/1344, et in AA. SS. 6. junii
	R. V. WAEFELGHEM O. Praem., <i>Répertoire des sources imprimées et manuscrites, relatives à l'histoire et à la liturgie des monastères de l'ordre de Prémontré</i> , Bruxelles 1930
Ob.Praem. I	IDEML, <i>Obituaire de l'Abbaye de Prémontré, prima pars</i> , in AOP V/VIII, Bruxelles 1909/12 (vide supra EVERSS)
Stat.	IDEML, <i>Les premiers Statuts de Prémontré</i> , ibidem IX 1913
	A. ZAK O. Praem., <i>Episcopatus Ordinis Praemonstratensis</i> , in <i>Anal. Praem.</i> IV (1928) 1/4 et V (1929) 1/3
An. Praem.	<i>Analecta Praemonstratensia</i> , Tongerloo 1925 sq.
An.Norb.	<i>Annales Norbertines</i> , Frigolet 1863/92
BN	<i>Bibliotheque Norbertine</i> , Parc 1899/1905, deinde
AOP	<i>Analectes de l'Ordre de Prémontré</i> , ibidem 1905/14
Arch.Zschr.	<i>Archivalische Zeitschrift</i> , München 1876 ff.
Bibl.Ec.Ch.	<i>Bibliothèque de l'Ecole des Chartes</i> , consacrée spécialement à l'étude du Moyen Age, Paris 1839 sq.
MIÖG	<i>Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichte</i> , Innsbruck 1880 ff (nunc mutatum in:
MOIG	<i>Mitteilungen des Österreichischen Instituts für Geschichte</i> )
	<i>Pro Nostris, Ephemerides Circariae Brabantiae</i> , Averbode 1929 sq.
ROPM	<i>Revue de l'Ordre de Prémontré et de ses missions</i> , Parc 1905/14
RHE	<i>Revue d'Histoire Ecclésiastique</i> , Louvain
Stud.Mitt. OSB	<i>Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner und Cistercienserorden</i> , München 1880 ff.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

REGISTRA SUMMORUM PONTIFICUM  
chronologice ordinata, in quantum usquedum in lucem sunt edita  
(BEF = Bibliothèque des Ecoles Françaises d'Athènes et de Rome.  
n. t. = nondum terminatum)

JAFFE	Ph. JAFFE, <i>Regesta Pontificum Romanorum usque ad annum 1198.</i> Prima ed. Lipsiae 1851, secunda correcta et aucta auspiciis G. WATTENBACH, curaverunt S. LOEWENFELD, F. KALTEN- BRUNNER et P. EWALD, 2 voll. Lipsiae 1885/88
POTT- HAST	A. POTTHAST, <i>Regesta Pontificum Romanorum 1198—1304,</i> 2 voll. Berlin 1873/75
BRACK- MANN	P. F. KEHR, <i>Regesta Pontificum Romanorum, Germania Ponti- ficia</i> , ed. A. BRACKMANN, 2 voll. Berolini 1911/35 ( <i>Italia Pont.</i> 8 voll. ibidem 1906/35)
Germ.Pont.	P. PRESSUTTI, <i>Regesta Honorii III</i> , 2 voll. Roma 1888/95
PRES- SUTTI	
AUVRAY	<i>Les Registres de Grégoire IX</i> (1227/41), ed. L. AUVRAY, (BEF), 3 tomi, Paris 1890/1918
BERGER	<i>Les Registres d'Innocent IV</i> (1243/54), ed. E. BERGER (BEF), 4 tomi, Paris 1894
Reg. Alex. IV	<i>Les Registres d'Alexandre IV</i> (1254/61), edd. C. BOUREL DE LA RONCIÈRE, J. DE LOYE et A. COULON (BEF), 6 fasc., n. t. Paris
Reg. Urbain IV	<i>Les Registres d'Urbain IV</i> (1261/64), ed. M. J. GUIRAUD (BEF), 12 fasc. sed absque indice, Paris
Reg. Clem. IV	<i>Les Registres de Clément IV</i> (1265/68), ed. M. E. JORDAN (BEF), 6 fasc. n. t., Paris
Reg. Greg. X	<i>Les Registres de Grégoire X et de Jean XXI</i> (1271/77), ed. M. GUIRAUD et L. CADIER (BEF), 4 fasc., n. t., Paris
Reg. Nic. III	<i>Les Registres de Nicolas III</i> (1277/80), ed. M. J. GAY (BEF), 5 fasc. Paris 1938
Reg. Martin IV	<i>Les Registres de Martin IV</i> (1281/85), ed M. OLLIVIER-MARTIN (BEF), 3 fasc., Paris 1901/13
Reg. Hon. IV	<i>Les Registres de Honore IV</i> (1285/87), ed. M. PROU (BEF), 1 tome Paris 1888
Reg. Nic. IV	<i>Les Registres de Nicolas IV</i> (1288/92), ed. M. E. LANGLOIS (BEF), 9 fasc. Paris
Reg. Bonif. VIII	<i>Les Registres de Boniface VIII</i> (1294—1303), edd. G. DIGARD, et alii (BEF), 17 fasc., Paris 1939

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Reg. Ben. XI	<i>Les Registres de Benoit XI (1303/04), ed. M. GRANDJEAN, 5 fasc. (BEF) Paris 1905</i>
Reg. Clem. V	<i>Regestum Clementis PP. V. (1305/14), ed. cura et studio monachorum O.S.B., 9 voll. 1 suppl., sed absque indice, Romae 1885 sq. (Table chronologique et Table des Incipit, edd. FAWTIER/LANHERS (BEF), Paris 1950</i>
Lett. secr.Jean XXII(F)	<i>Lettres secrètes et curiales du Pape Jean XXII (1316/34) relatives à la France, ed. M. A. COULON (BEF), n. t., 5 fasc., Paris</i>
Lett. com.Jean XXII	<i>Lettres communes du Pape Jean XXII, ed. M. G. MOLLAT, 30 fasc. Paris 1905/47 (BEF)</i>
Reg. Nik. V	<i>Register des Gegenpäpste Nikolaus V (1328/30), ed. EUBEL in Arch. Zschr. 1893, pp. 123/212</i>
Reg. Ben. XII	<i>Les Registres et Lettres communes de Benoit XII (1334/42), ed. M. VIDAL (BEF), 6 fasc., Paris 1911</i>
Lett.clos. Ben. XII France	<i>Lettres closes de Benoit XII relatives à la France, ed. M. G. DAUMET (BEF), 3 fasc., Paris</i>
Lett.Clos. Ben.XII(E)	<i>Lettres closes de Benoit XII intéressant des pays autres que la France, ed. M. VIDAL (BEF), 6 fasc., Paris 1913/50</i>
Lett.clos. Clem.VI(F)	<i>Lettres closes de Clément VI (1342/52) relatives à la France, ed. M. VIDAL (BEF), 5 fasc., Paris, n. t.</i>
Reg. Innoc. VI	<i>Registres d'Innocent VI (1352/62), ed. M. DEPREZ (BEF), 1 fasc. n. t. Paris</i>
Lett.(F) resp.Reg. Urb. V	<i>Lettres secrètes d'Urbain V (1362/70) relatives à la France, 2 fasc. n. t., ed. P. LECACHEUX (BEF)</i> <i>Registres d'Urbain V, 1 fasc. n. t., ed. M. DUBRULLE (BEF), Paris</i>
Reg. Greg. XI	<i>Les Registres de Grégoire XI (1370/78), ed. M. Mirot (BEF), 3 fasc. n. t., Paris</i>
Reg. Mart. V	<i>Bullenregister Martin V in MIÖG Ergbd. I (1885) 401 ff., 1894 661 ff.</i>
Reg. Leo X	<i>Register Leos X. (bis 1515), n. t., edd. J. HERGENRÖTER 1884/91</i>

## DE ACTIBUS CAPITULORUM GENERALIUM ORDINIS NOSTRI

Dolendum est valde, hos fontes praestantissimos quoad maiorem partem periisse. Pro saeculis XII/XV, extant tantum hinc inde collectiones excerptarum definitionum, quaestiones disciplinares et liturgicas generaliter tangentium. Tenebantur enim abbates, a Capitulo Generali reducere, quam citius decreta et definitiones fratibus suis promulgare<sup>1)</sup>. Quae decreta, ea solummodo referentia, quae ad Ordinem integrum vel ad illam abbatiam in specie spectabant, sedulo sunt collecta, et saepius codicibus Statutorum, Ordinarii et aliorum huiusmodi ad calcem adscripta<sup>2)</sup>.

Duae tamen collectiones generales Actuum Capitulorum Generalium ab anno 1498 subsistunt. In secundo volumine MS 538 Bibliothecae Municipalis Laudunensis (quod abbreviamus: Act. Cap. Gen. Laon) habetur collectio a D. Gregorio Ducrocq, Capituli Generalis Secretario, annis 1660/61 ex archivis archicoenobii Praemonstratensis congesta. Complectitur sequentia: 1. Fragmenta decretorum Capitulorum Generalium, ex archivis Sti. Martini Laudunensis desumpta, sola monasteria gallica tangentia, annorum: 1432, 1442, 1446, 1452, 1461, 1477, 1473, 1486, 1492. 2. Acta Capitulorum integra, annorum: 1498—1544, 1552—65, 1569, 1571—75, 1577, 1579, 1582, 1584, 1586, 1605, 1618, 1619, 1622, 1625, 1627, 1630, 1633, 1657, 1660<sup>3)</sup>.

Ad annum 1544 usque, quotannis enim Capitulum Generale fuit celebratum, etsi venerint postremo tantum aliqui abbates vel priores monasteriorum Praemonstrato vicinorum; abhinc usque ad annum 1586 celebrata sunt cum interruptionibus. Deinde nonnisi „ad convocationem“.

<sup>1)</sup> Secundum LEFEVRE (*Etudes sur la Liturgie de Prémontré*, An. Praem. III 1927 ed. text. p. 5) iniunctio capitularis est ex saeculo XIV

<sup>2)</sup> Exemplum praebet idem LEFEVRE (l. c.) in Codice 3956/60 Bibl. Regiae Bruxellensis, proveniens e Dieleghem

<sup>3)</sup> Confer de hac collectione E. VALVEKENS in *Anal. Praem.* XIV (1938) p. 62, nota 5. Dictus auctor summo cum zelo, maximoque cum fructu haec Acta excerpserit articulis suis supra in bibliographia nostra allatis.

interstitiis sat longis intermissis. Saeculo XVIII, duo tantum Capitula fuerunt: 1717 et 1738.

Secunda collectio habetur in Bibliotheca Publica Nanceii (Bibl. Publ. de Nancy, MS 994, a nobis abbreviatum: Act. Cap. Gen. Nancy<sup>4</sup>). In qua tamen collectione, cum lucidus ordo, foliorumque notatio, tum integritas actuum et textuum desiderantur. Invenimus ibi decretorum excerpta, interdum satis ampla, sed pariter res disciplinae et liturgiae tantum tangentia, ex Capitulis annorum: 1247, 1273, 1279, 1280, 1283, 1286, 1288, 1289, 1292, 1294, 1298, 1336, 1432, 1434, 1442, 1446, 1451, 1452, 1461, 1473, 1477, 1481, 1484, 1486, 1492, et ex compluribus Capitulis ab anno 1498, quorum textus integre in Collectione Laudunensi invenitur. Insuper habentur ibi Capitula sequentia in extenso: 1618, 1619, 1622, 1657, 1660, 1663, 1670, 1686, 1717. Non desunt in hac collectione Acta multorum Capitulorum Provincialium variarum Circariarum, praesertim vero Congregationis Antiqui Rigoris Lotharingiae. Tales collectiones Actuum Capitulorum cum Generalium tum Provincialium ab anno circiter 1600 ceteroquin inveniuntur in multis archivis singularum domum<sup>5</sup>).

<sup>4</sup>) Ex abbatiis Mussipontana et Stivagiensi superest ibi haereditas litteraria cum abbatis S. de Lairuelz et successorum eius, tum Ch. L. Hugo, ingentem materiam historicam complectens, numquam exhaustam, et ad omnes quidem circarias Ordinis referentem. Hugo ipse tantum minima parte parte huius materiae potuit uti in Annalibus suis. Confer MARTIN, *Servais de Lairuelz et la Reforme des Prémontrés*, Nancy 1893, et articulos a nobis citatos U. BERLIERE et J. RAMACKERS.

<sup>5</sup>) Tepl. MS Cap. Gen. 4 (600 pp, 1657—1738, ex Roggenburg), alia huiusmodi ex Weißenau in BB. S. J. Feldkirch, et in HStArch. München, Praem. in Genere.

